



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldu>

Lvgdvni, 1585

De ordine dicendorum de amore Dei. Et primo de his quæ incitant ad
amandum Deum. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

quitatem, odit animā suā. Odit inquam, effectu: sicut aliter dicitur diligere non solū affectu, sed etiā effectu, secundū quod modū dicitur 1. Io. vii. Hęc est charitas Dei, vt mādata eius custodiamus. Et 2. Ioā. Hęc est charitas vt ambulemus secundū mādata eius. Sic dilectio Dei ad vniuersitatē virtutū pertinet sicut & obseruatio mandatorum Dei. Sic nihil aliud est virtus quā id quo Deus diligitur. Et hęc de laudibus charitatis sufficiant. Si cui verò hęc nō sufficiūt, diligenter studeat in 1. canonica Ioan. De quo dicit Gregor. quōd omne quod loquitur igne charitatis vaporatur. Et in Euangelio eiusdem. Et 1. Cor. 13. Vbi multa de laudibus huius virtutis inueniet.

De ordine dicendorum de amore Dei. Et primo de his quæ incitant ad amandum Deum. CAP. III.

Post commendationem Charitatis, agendum est specialiter de more Dei, de quo hoc modo agetur. ¶ Primo dicetur de incitamento diuini amoris. ¶ Secundo de modo amandi Deum. ¶ Tertio de diuersis speciebus diuini amoris. ¶ Quarto de dignis ipsis. ¶ Circa primum notandum est, quōd ad amandum Deum incitat Sacra scriptura, incitat & natura, incitat gratia nobis à Deo exhibita, & gloria nobis à Deo promissa, incitat vniuersa creatura. ¶ Scriptura sacra incitat in multis locis. Deut. 6. Diliges Dominū Deū tuum ex toto corde tuo &c. Et eisdem 11. Ama Dominum Deum tuum &c. Eccles. 13. Omnia tua dilige Deum. Matt. 22. Diliges Dominum Deum tuum &c. Simile habes Luc. 10. & 1. Io. 4. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. ¶ Natura ad idem incitat. Bernardus in libro de diligendo Deo: Inexcusabilis, inquit, est omnis infidelis, non diligit Dominum Deum suū toto corde, tota anima, tota virtute sua. Clamat nempe intus ei innata & nō ignota ratio iustitia, quia ex toto se illum diligere debeat, cui & totū se habere nō ignorat. Si naturaliter amat filius patrem à quo habet vitam & animā ex nihilo fecit? Aug. Amānus est generator: sed patrem nō videt. Eccl. 7. In tota anima tua dilige eū qui te genuit. Bern. in sermonibus: Parū mne, inquit, tibi videtur: hoc cogita, qualē te fecit. Nēpe secundū corpus, egregiā creaturā: secundū animā, magis imagine creatoris insignem, rationis partem, beatitudinis aternæ capacem. Porro ambo coherere fecit artificio incomprehensibili, sapiētia inuestigabili: nec tantē promeruit, qui antē nō fuit: nec spes retributionis fuit, quoniam gratiam bonorū nostrorum nō eget. ¶ Et notandum quōd multi

potest incitare hominē ad amādum Deum, quōd Deus eum fe-
 cit, si quis diligenter attendat quantum beneficiū fuerit quōd
 corpus ei dedit: quot enim sunt mēbra in corpore, tot beneficia
 inueniet magna. Et pro minimo mēbro plus deberet homo Deū
 amare, quā multi ament eum pro cunctis beneficiis quæ ab eo
 receperunt. Si quis amisisset oculum, quantum amaret eum, qui
 sibi illū restitueret? Et si quis meruisset amittere eum, quantū
 amaret eū qui sibi oculū cōseruaret? Nec minus amandus est,
 qui eum ab initio dedit, & qui datum cōseruauit, cū multo-
 ties vrendo eo contra Deum, eū amittere meruerit. Non minus
 est amādus qui dat cappam nouā, quā qui inueteratā perditā
 restituit. Quod dixi de oculo, de aliis mēbris cogita. Si verò tā-
 tum amandus est qui dedit corpus: quantum amandus est qui
 dedit animam quæ in infinitū est melior corpore? Si amisisses
 vsum rationis, quantum amares eum qui tibi illum restitueret?
 Quanto ergo amādus est, qui tibi rationem ab initio dedit? Itē
 si meruisses mortem, siue separationem animæ à corpore, quā-
 tum amares eum qui tibi eam remitteret? Quantū ergo aman-
 dus est ille qui mirabiliter corpus & animā coniunxit, & hanc
 coniunctionē tibi seruauit cū peccādo mortem multoties me-
 ruisisses: Bernardus: Valde omnino mihi amandus est per quem
 sum, viuo & sapio. Dignus planè est morte qui tibi Domine
 Iesu recusat viuere. Idē in lib. de diligēdo Deo: Vt quid, inquit,
 nō amaret opus artificē, cū haberet vnde id posset? Et cur non
 quantum omnino posset, quum nihil omnino nisi eius munere
 posset? Ad hoc etiam quōd homo amet amplius factorem suū,
 cogitare debet, quōd Deus ad imaginem & similitudinem suā
 fecit illum. Genes. i. Filius qui similior est patri, solet amplius
 amare patrem, & ab eo plus amari. Figura etiā quam naturali-
 ter habet corpus humanum, incitat ad amandum Deum. Aug.
 in libro de disciplina Christiana: Belluas Deus prostratas
 in faciem fecit, partem quærentes de terra: te in duos pedes
 erexit, tuam faciem sursum attendere voluit. Non discordet
 cor tuum à facie tua, non habeas faciem sursum, & cor deor-
 sum. Fac sursum cor, ne mentiaris in domo disciplina. Quid
 est sursum habere cor, nisi quod prius est dictum, Dilige Domi-
 num Deum tuum &c. Disciplina domus est ecclesia Christi: vt
 dicit Augustinus in eodem libro. Gratia etiam nobis à Deo
 exhibita incitat ad Dei amorem, & maximè gratia redemptio-
 nis. De qua 2. Corinth. 8. Scitis gratiam Domini nostri Iesu
 Christi: quoniā propter vos egenus factus est, cū esset diues,

vt illius inopia vos diuites essetis. Galat. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: non sum ingratus gratiæ Dei. Sic habet littera vna. Eccle. 29. Gratiã fideiussoris ne obliuiscaris. De enim pro te animã suam. Licet multum possit hominem incitare ad amandum Deum, quòd ipse eum fecit: tamen multo amplius debet eum incitare, quòd ipse eum refecit. Vnde Bernardus in libro de diligendo Deo: Infidelis se totum ei debere ignorat, quem sui totius nõ ignorat authorem. Quid ergo qui Deũ meum teneo vitæ meę non solum gratuitũ largitorem, largissimũ administratorem, piũ consolatorem, sollicitũ gubernatorem, sed insuper etiam copiosissimũ redemptorem, etiam numerũ cõseruatorem, ditatorem, glorificatorem? Idem in eodem Infidelem ratio vrget, & iustitia naturalis totũ se tradere illi quo se totum habet, & ex se toto debere diligere, quẽ profectus fides tanto plus iudicat amandum, quantum & eum pluris in ipso æstimandũ intelligo: quippe qui illud non solum me, sed sui quoque ipsius teneo largitorem. Idem in eodem: Si totum me debeo pro me facto: quid addam pro me refecto, & refecto hoc modo? Nec enim tam facile refectus, quàm factus. Si quis non solum de me, sed de omni quoque quod factum est, factus est, Ipse dixit, & facta sunt. At verò qui me tantum etiam fecit dicendo fecit, in reficiendo profecto & dixit. Multa & mira, & pertulit dura: nec tantum dura, sed etiam indigna. Quare ergo retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? primo opere me mihi dedit: in secundo, se: & vbi se dedit, mihi reddidit. Datus ergo & redditus, me pro me debeo & debeo: quid Deo retribuam pro se? Nam etiam si me millies pendere possem, quid sum ego ad Dominum? Idem super Cantica. Super omnia reddit te amabilem mihi, bone Iesu, calix quod bibisti opus redemptionis nostræ. Hoc omninò amorem nostrum facile vendicat totum sibi. Hoc inquam est, quod nostram deuotionem & blãdius allicit, & iustius exigit, & arctius obligat, & afficit vehementius. Multũ quippe laborauit in eo Saluator: nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis author contempsit. In dictis suis sustinuit contradictores, in factis obuiatores, in tormentis illusores, & in morte exprobratores. In loquẽs de opere redẽptionis: Quid adhuc, inquit, dormitat affectio: imò nõ dormitat, sed mortua est, si huic nõ respondeat beneficio. Anselmus in lib. Meditationũ: Ecce Domine quia fecisti, debeo me ipsum amoris tuo totũ: quia me redemisti, debeo me ipsum amoris tuo totũ: quia tãta promittis, debeo me ipsum

amori
tu ma
tur me
ostendit
re no
omni
nos ali
sermon
emollit
ris, tam
sas mer
tibus D
vidit, &
Accipiet
Mirum
uenalis
zernum
ipse sit
verò vio
quã ip
amabis,
nis ab a
brauit. A
iubeas à
res miser
to lib. C
mihi die
fabiles. T
modo, ost
vniuersa
& ideo an
Dei & be
dum aliu
& celestia
Gen. Vbi
ditur: Et
z, vniuer
celi, subdi
ceant in fi
exarde sca
amoris qu

amori tuo totum, imò tantū debeo plusquàm meipsum, quāto
 tu maior mees pro quo dedisti teipsum. Cū ignis non accenda-
 tur melius quàm igne: ignis diuini amoris quem nobis Deus
 ostēdit in redēptione humani generis, maximè deberet incita-
 re nos ad amandū Deū. Chrysostomus: Non est, inquit, aliquis
 omnino, nō pater, nō mater, nō amicus, nō alius qui piā qui ita
 nos aliquando dilexerit, quemadmodum ipse qui fecit. Bern. in
 sermonibus: O duri & indurati & obdurati filii. Adam, quos nō
 emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingēs ardor amo-
 ris, tam vehemens amator, qui pro vilibus sarcinulis tā pretio-
 sas merces expendit. ¶ Ad amandū Deum, incitat gloria amā-
 bilis Deū specialiter promissa & preparata. 1. Cor. 2. Oculis nō
 vidit, &c. quę preparauit Deus his qui diligunt illum. Iacobi 1.
 Accipiet coronam vitę, quam repromisit Deus diligentibus se.
 Mirum est quomodo amor noster Deo equādere potest: quia si
 venalis est, nullus Deo carius emer: dabit ei pro illo regnum
 æternum. Si est dandum, nullus dignior eo est quàm Deus, cū
 ipse sit summè bonus. Vnde nulli potius quàm ei debet dari. Si
 verò violentiā requirit, nullus maiore violentiam pro eo faciet
 quàm ipse. Petit enim eū quasi gladio euaginato. Aut enim cū
 amabis, aut æterna morte interficiēris. David: Nisi cōuersi fue-
 ris ab amore scilicet immūdo, ad amorē Dei, gladiū suum vi-
 brauit. Aug. in lib. Conf. Domine quid tibi sum ipse vt amari te
 iubeas à me, & nisi hoc faciam irascaris mihi, & mineris ingen-
 tes miseras? Ad amandū Deū incitant omnes creaturę. Aug.
 10. lib. Cōf. Cælū, & terra, & omnia quę in eis sunt ecce vndiq;
 mihi dicūt vt te amē, nec cessant dicere omnibus, vt sint inexcū-
 sables. Dupliciter dicunt creaturę nobis vt Deū amemus. Vno
 modo, ostendendo eum dignissimū amore nostro. Bonitas enim
 vniuersitatis creaturarum ostendit creatorem esse optimum,
 & ideo amore dignissimum. Secundo, quia creature sunt dona
 Dei & beneficia Dei. ¶ Ad incitandum verò aliquem ad aman-
 dum alium, efficacior est donatio quàm locutio. Etiam terrena
 & cælestia fecit Deus propter hominem, vt patet ex principio
 Gen. Vbi postquā de creatione hominis locutus est Deus, sub-
 ditur: Et præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis ter-
 rę, vniuersisq; creaturę. Et postquā locutus est de luminaribus
 cæli, subditur: Et sint in signa, & tēpora, & dies, & annos, & lu-
 ceant in firmamento cæli, & illuminēt terrā. Cum secundū ligna
 exardescat ignis, Ecclesiast. 28. magnus deberet esse ignis diuini
 amoris qui pro lignis Dei tot habet Dei beneficia, quot sunt

creaturæ. De his lignis legitur Leuit. 6. Ignis in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies. Illos qui non incitantur ad Deum amandum, tot & tantis beneficiis accusare poterunt etiam feræ quæ beneficia sentiunt, ut ait Seneca: Ecce etiam canes amant benefactores suos. Refertur etiam de quodam leone quem quidam miles à serpente liberavit, quod à militæ recedere noluit: quid ergo excusationes habebunt, qui deserentes redemptorem suum, serpenti infernali adhærent? Si lapides cauantur à guttis aquæ assidue cadentibus, quam excusationem habebunt corda dura quæ non emolliuntur à assidua Dei beneficiis? Quasi infinita sunt creaturæ quarum ut quæque sufficeret ad monendum hominem ad amorem alterius hominis, si eam sibi dedisset. Quomodo ergo non succiunt vniuersæ creaturæ ad accedendum hominem ad amorem Dei? Ad amandum Deum incitare possunt & bona & mala. De bonis iam ostensum est quæ vniuersa sunt Dei dona. De malis verò facile est idem ostendere, cum sint flagella patris misericordiarum erudientis filios suos ex amore paterno procedentia. Apoc. 3. Ego quos amo, arguo & castigo. Hebr. 12. Quem diligit Deus castigat. Et non solum mala pœnæ possunt incitare ad Dei amorem: sed etiam mala culpæ quæ Dei misericordiam simulat in his qui nondum pœnitent, ut saltem quandoque pœniteant, vel remittit his qui pœnitent, vel à quibus custodiantur qui sibi adhærent. Aug. in lib. de Virginitate: Vos, inquit, ut altissimè diligatis, cui diligendo à coniugiorum nexibus liberetis, deputate vobis tanquam omnino dimissum quicquid vobis non est illo regente commissum. Multo fortius debet diligere illum qui quæcumque flagitiosis ad se conuersis dimittit ea cadere non permisit. Quid habes quod non accepisti aut quæ peruersitate minus diligis à quo plus accepisti? Cogita omnia peccata sic peccata tanquam dimittantur, à quibus Deus custodit ne committantur. Noli modicum diligere, quasi à quo modicum dimissum est: sed potius multum dilige, à quo multum tributum est. Si enim diligit cui donatum est ne recideret: quanto magis diligere debet, cui donatum est ut habeat. Et notandum est, quod cum quatuor de causis aliquid solet diligere, scilicet de causa attinentiæ, vel quia in eo delicia inueniuntur, vel quia beneficiis iam datis amari meruit, vel quia beneficia ab eo sperantur, his quatuor de causis amandus est Deus. Causa attinentiæ, cum ipse sit pater. Matth. 23. Patrem non vocare vobis super terrâ. Vnus est enim pater vester qui in

lis est. Et
tribus
est seru
eo, inq
sed par
tus est
ra nostr
amare d
minum
amore
humana
quam ad
remus à
à nobis,
in dexter
hoc mer
de nobis
melius se
reter, illu
Dignus p
quantum
confitent
Vera hui
sunt. Qu
quit, nisi
Deus & g
dum, ait
stus impi
dem vt pa
tus & can
bis propo
tractatu S
nos incita
dānotas.
suis esse p
diligentib
multa: qu
gite Deū,
punctioni
ipse anim
ruit habet

lis est. Et qui erat pater, factus est frater. Matt. ult. Nuntiare fra-
 tribus meis vt eant in Galilæam. Et qui erat dominus, factus
 est seruus. Bernard. loquens de filio Dei incarnato: Non hoc lo-
 co, inquit, prædicatur magnus dominus & laudabilis nimis,
 sed paruus dominus & amabilis nimis. Paruulus vtiq; qui na-
 tus est nobis, ipse voluit nasci in mûdo isto, & quasi fieri de ter-
 ra nostra, vt amabilior esset nobis: non enim solent homines
 amare dominos de terra aliena. Ipse voluit in similitudinẽ ho-
 minum fieri, vt hominibus esset amabilior. Similitudo enim ad
 amorem facit. Eccles. 13. Omne animal diligit simile sibi. Ipse
 humanam naturam diuinę voluit associari in vna persona, nun-
 quam ab ea separandam in signum amoris, vt sic saltem ama-
 remus à quo agnosceremus nos amari. ¶ Deus etiã amandus est
 à nobis, quia in eo sunt summe delicia. Psal. Delectationes eius
 in dextera tua vsq; in finẽ. ¶ Itẽ amãdus est, quia beneficiis suis
 hoc meruit. Bern. in lib. de diligendo Deo: Multũ meruit Deus
 de nobis, qui etiam immeritis seipsum dedit nobis. Quid enim
 melius seipso poterat dare vel ipse? Ergo, si Dei meritum qua-
 rant, illud est præcipuum: quia ipse prior dilexit nos. 1. Ioan. 4.
 Dignus planẽ qui reametur: præsertim si aduertatur quis, quos,
 quantũque amauerit. Quis enim? nõne is cui omnes spiritus
 continentur: Deus meus es tu: quoniã bonorũ meorum nõ eges.
 Vera huius charitas maiestatis: quippe non querentis quæ sua
 sunt. Quibus autem tanta charitas exhibetur? Cũ adhuc, in-
 quit, inimici essemus, reconciliati sumus Deo. Dilexit ergo
 Deus & gratos & inimicos. Sed quantũ? Sic Deus dilexit mun-
 dum, ait Ioannes, vt filium suum vnigenitũ daret. Sic meruit iu-
 stus impiis, summus infimis, omnipotens infirmis. Idem in eo-
 dem: vt paucis quod dictũ est repetã, prior ipse dilexit nos tan-
 tus & tantum, & gratis, tantillos & tales. Itẽ amandus est à no-
 bis propter beneficia quę ab eo speramus. De quibus require in
 tractatu Spei, cap. 5. ¶ Item notandũ est quòd ad amorem Dei,
 nos incitare potest amicitia eius vtilitas, & inimicitiarum eius
 inuilitas, & amici huius fidelitas. ¶ Vtilitas, quia nihil fructuo-
 sus esse potest quàm à Deo diligi, iuxta verbum Bernard. ipse
 diligentibus se peccata remittit. Luc. 7. Remittuntur ei peccata
 multa: quoniam dilexit multum. Ipse eos erudit. Eccles. 2. Dili-
 gite Deũ, & illuminabuntur corda vestra. Grego. Interdũ com-
 punctionis ardore tantę subtilitatis est vis amoris, vt hanc nec
 ipse animus possit comprehendere, qui hanc illuminatus me-
 ruit habere. Ipse eos custodit. Psalm. Custodit dominus omnes

diligentes se. Ipse ad suauitatem suae cōtemplationis etiam
 praesenti admittit. Grego. in Moral. Si quis ad cōtemplationem
 studium properat: semetipsum prius subtiliter interroget, quod
 rum amat. Machina quippe metis est vis amoris, qui hanc de
 à mūdo extrahit, in alto sustollit. ¶ Utilitas huius amici sicut
 aliorū amicorū in necessitate apparet, vt in infirmitate à qua
 se potest liberare, cum alij amici nō possunt: & in morte, quā
 alij amici defunctū deserunt, & amicus iste eum suscipit. ¶
 In voluntate tua deduxisti me: & cum gloria suscepisti me. ¶
 In iudicio vbi non habebit amicū cui Deus erit inimicus. Eccl.
 20. Fatuo non erit amicus. Omnia sunt amica ei, cui Deus
 amicus: quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur
 bonum. Rom. 8. Inimicitiarū etiam Dei damnositas incitare
 test ad amandum Deū. Omnia enim sunt inimica inimicis De
 etiā ipsimet sunt sibi inimici. in Psal. Qui diligit iniquitates
 odit animā suā. In futuro verò magis apparebunt haec inimi
 citia, quando pugnabit orbis terrarū contra insensatos. See
 Greg. Offenso creatore omnis creatura damnatum habet. ¶
 Ipsimet si esse possent vellent se nō esse. Ipsi etiā sancti qui
 tum amauerunt peccatores in praesenti, latrabuntur cum
 rint vindictā. ¶ Fidelitas etiam huius amici ad idem potest
 citare. Eccl. 6. Amico fideli non est cōparatio. & non est di
 ponderatio argēti & auri. ¶ Alij amici quadrupliciter inveni
 tur infideles. ¶ Primo, quia aliquādo non amant, licet amant
 sed non sic est de amico isto. Prouer. 8. Ego diligentes me
 go. Ioan. 14. Qui diligit me, diligitur à Patre meo, & ego
 gam eum. ¶ Secundo, quia tempore aduersitatis desinūt am
 Eccl. 6. Est amicus secundum tempus suum, & non perman
 bit in tēpore tribulationis. Sed nō est sic in amico isto. Prouer.
 17. Omni tēpore diligit qui amicus est (Christus scilicet) & t
 tē in angustiis cōprobat. ¶ Tertiò, quia qui amat vincto
 mici sūt mortuorū, spoliātes eos bonis suis. Eccl. 6. Est am
 qui conuertitur ad inimicitias: amicus verò iste in morte
 cialiter ostendit se esse amicū: spiritū enim qui de habitaculo
 corporis exit, in caeleste habitaculum recipit. ¶ Quarto, quia
 amici patris inimici sunt filiorum, sed amicus iste proprie
 trem filios amat, quandoque vsq; in decimam generationem
 Exo. 20. Ego sum dominus Deus tuus, &c. faciēs misericordiam
 in millia his qui diligunt me. Et vt breuiter dicā, Beatus est
 dominum debito modo amat: & vā illi qui eum debito modo
 non amat. August. 4. lib. Confes. Beatus qui amat te, & amicus

in te, & inimicum propter te. Solus enim nullū charum amittit, cui omnes in illo chari sunt, qui non amittitur: te nemo amittit nisi qui dimittit. Idē, Hæc omnia bona sunt: sed ve tibi si amaueris condita, & deserueris conditorem. Item 8. libro de Trinit. Cum aliqua non amentur, nisi quia bona sunt, pudeat eis inhatendo non amare ipsum bonum vnde bona sunt.

De his que valent ad hoc vt aliquis ametur à Deo. CAP. IIII.

Dicto de his quæ possunt hominem incitare vt Deū amet, dicendum est de his quæ faciunt ad hoc vt aliquis ametur à Deo. Septem verò sunt, quæ ad hoc valere possunt. Primum est sapientia. Sapient. 7. Sapientia infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitia Dei, Et in eodem: Neminem diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Nouit dominus, quod de amicitia stultorum prouenit damnum & dedecus, ideo non vult habere amicitia cū stultis, Prou. 14. Acceptus est regi minister intelligens. Secundum est munditia, quæ effectus est sapientia. Iac. 3. Quæ desursum est sapientia, primum quidē pudica est, id est, pudicū faciens. Propter munditiam vocatus est Ioannes discipulus quem diligebat Iesus. Io. vlt. Prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum, amicum habebit regem. Can. 6. Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia. Puritate enim delectatur. Sap. 6. Incorruptio facit proximam esse Deo. Tertium est mansuetudo quæ multum assimilatur Deo, cuius bonitatem alicuius malitia non perturbat: & ideo Deo amabilem facit. Propter mansuetudinem Moyses qui erat mansuetissimus super omnes homines qui morabantur super terram, Num. 12. specialiter amicus Dei fuit. Ececl. 45. Dilectus Deo & hominibus Moyses. Quartum est liberalitas, quæ multū assimilatur Deo, qui ex liberalitate fecit quicquid fecit, creaturas rationales vt eis daret: alias creaturas, vt eas daret. Sen. Qui dat beneficia Deum imitatur. Maximè verò Deum imitabitur qui pauperibus nihil iudicauerit quàm misereri pretiosus. Liberalitas ratione similitudinis, hominem reddit Deo amabilem. 2. Corin. 9. Hilarem datorem diligit Deus. Quintum est, humilitas propter quam Dauid fuit vir secundum cor Dei. 1. Reg. 15. Mat. 9. In signum amoris quem habet Deus ad humiles, Deus amplexatus est paruulū. Et Benjamin frater minimus, Gen. 45. vocatur amantissimus domini. & Deut. 33. Sextum est dilectio. Diligit enim dominus eos qui se diligunt: alioquin esset infidelis. Bern. in epistolis: Nemo se amari diffidat qui iam amat.